

## 22 De la posada a Roma

### Gram.: Casos y declinaciones: el dativo. / Adjetivos de 3ª declinación (1T)

Iam dies erat. Prima luce raedarius auxilio servorum cauponis raedam e fossa extraxit et ad cauponam admovit. Tum servi cistas Corneliorum raedario tradiderunt. Interea in caupona, dum omnes se parabant, Sextus, iam immemor terroris nocturni, militis fabulam Corneliae narrabat; Eucleides mandata servis dabat. Cornelius ipse Aureliae et liberis clamabat, “Agite, omnes! Nolite cessare! Tempus est discedere”.

Tandem cuncti e caupona venerunt et in raedam ascenderunt.

“Vale!”, clamaverunt pueri.

“Valet!”, respondit caupo, qui in via stabat. “Nolite in fossam iterum cadere! Non in omnibus cauponis bene dormire potestis”.

Tum raedarius habenas sumpsit et equos verberavit. Tandem Romam iterum petebant.

In itinere Sextus omnia de mure mortuo Marco explicavit; Cornelius militis fabulam uxori narravit. Iam urbi appropinquabant, cum subito pueri ingens aedificium conspexerunt.

Marcus patrem, “Quid est illud?” rogavit.

Atque Sextus, “Quis in illo aedificio habitat?”

**auxilio**, con ayuda

**bene**, adv., bien

**Corneliae**, a Cornelia

**cum**, conj., cuando

**habenae**, -arum, f.pl., riendas

**immemor**, **immemoris** + gen., que no

recuerda

**ingens**, **ingentis**, grande, enorme

**nocturnus**, -a, -um, nocturno

**raedario**, al cochero

**se parare**, prepararse

**uxori**, a su esposamandatum, -i, n., orden, mandato

**admoveo**, -ere, **admovi**, **admotum**, mover a, hacia

**ascendo**, -ere, **ascendi**, **ascensum**, subir

**cado**, -ere, **cecid**i, **casum**, caer

**discedo**, -ere, **discessi**, **discessum**, partir, marcharse

**sto**, stare, **steti**, **statum**, estar (en pie)

**sumo**, -ere, **sumpsi**, **sumptum**, tomar, coger

**trado**, -ere, **tradidi**, **traditum**, traer, entregar

Cui Cornelius, “Nemo ibi habitat”, cum risu respondit. “Est sepulcrum Messallae Corvini qui erat orator praeclarus. Hic sunt sepulcra multorum et praeclarorum civium quod Romanis non licet intra urbem sepulcra habere”.

Mox alterum aedificium magnum viderunt.

“Estne id quoque sepulcrum, pater?”, rogavit Marcus.

“Ita vero!”, Cornelius respondit. “Est sepulcrum Caeciliae Metellae. Nonne de Caecilia Metella audivisti?”

Sed Marcus patri nihil respondit. Iam enim urbem ipsam videre poterat. “Ecce Roma!”, clamavit.

“Ecce Roma! Ecce Roma!”, clamaverunt Sextus et Cornelia.

25 Tum Cornelius, “Brevi tempore ad Portam Capenam adveniemus et Titum, patrum vestrum, ibi videbimus. Epistulam enim per servum misi et omnia ei explicavi. Titus mox nos prope Portam excipiet”.

**adveniemus**, *llegaremos*  
**atque**, *y*  
**excipiet**, *recibirá*  
**illud**, *aquel, ese*  
**intra**, *prep. + ac., dentro de*

**patruus**, *-i, m., tío*  
**sepulcrum**, *-i, n., sepulcro, tumba*  
**vester, vestra, vestrum**, *vuestro*  
**videbimus**, *veremos*

**excipio, -ere, excepi, exceptum, recibir**

## 23 En Porta Capena

**Gram.: Futuro imperfecto (regulares e irregulares).**

Interea Titus, patruus Marci et Corneliae, eos prope Portam Capenam exspectabat. Cives, mercatores, servi per portam ibant atque huc illuc currebant. Titus tamen in lectica sedebat. Ubi Cornelios conspexit, e lectica descendit. E raeda descenderunt Corneli. Interdiu enim raedas intra urbem agere Romanis non licebat.

5 Stupuit Sextus ubi multitudinem civium, servorum turbam vidit. Undique erat strepitus plaustrorum, undique clamor mercatorum, viatorum, raedariorum.

Titus Cornelium et Aureliam et liberos maximo cum gaudio salutavit. “Quam laetus”, inquit, “vos omnes excipio! Nonne estis itinere defessi?”

10 “Valde defessi”, respondit Cornelius. “Mihi necesse est celeriter ad Curiam ire, sed primum Aureliam et Corneliam domum ducam”.

“Ita vero!”, inquit Titus. “Ecce! Leticarii, quos vobis conduximus, vos domum ferent. Ego pueros curabo. Multa et mira videbunt pueri, atque ego omnia eis explicabo.”

**curabo**, *me ocuparé*  
**Curia**, *-ae, f., Curia (uno de los lugares de reunión del senado)*  
**domum**, *a casa*  
**ducam**, *llevaré, conduciré*  
**ferent**, *llevarán*  
**gaudium**, *-i, n., alegría*  
**huc illuc**, *adv., de aquí para allá*  
**interdiu**, *adv., durante el día*  
**lectica**, *-ae, f., litera*

**maximus**, *-a, -um, máximo*  
**mirus**, *-a, -um, asombroso, maravilloso*  
**multa et mira**, *muchas cosas asombrosas*  
**primum**, *adv., primero*  
**strepitus**, *ruido, estrépito*  
**stupeo**, *-ere, stupui, quedar asombrado*  
**turba**, *-ae, f., muchedumbre*  
**undique**, *adv., por todas partes*  
**videbunt**, *verán*

**curro**, *-ere, cucurri, cursurus, correr*  
**descendo**, *-ere, descendi, descensus, bajar*  
**ago**, *-ere, egi, actum, hacer, conducir*  
**conduco**, *-ere, conduximus, conductum, contratar*

15 Itaque per vias urbis lecticarii patrem, matrem, filiam celeriter domum tulerunt. Postquam eo advenerunt, Aurelia et Cornelia, itinere defessae, se quieti dederunt. Cornelius tamen se lavit, aliam togam virilem induit, iterum in lectica consedit.

“Ad Curiam celeriter!”, inquit.

**eo**, *adv., allí*  
**se quieti dare**, *descansar*

**quies, quietis**, *f., descanso*  
**virilis**, *-e, viril*

**advenio, -ire, adveni, adventurus, llegar**  
**induo, -ere, indui, indutum, vestirse, ponerse**  
**consido, -ere, consedi, sentarse**

## 24 Siempre mañana

**Gram.: Dativo con verbos compuestos intransitivos./ Ablativo causal. / Pretérito Pluscuamperfecto de Indicativo./ Futuro perfecto de Indicativo.**

Simulac Titus et pueri et Eucleides urbem per Portam Capenam intraverunt, clamavit Sextus, “Quid nos primum faciemus? Quo ibimus? Visitabimusne...?”

“Quo tu nos duces, patre?” interpellavit Marcus. “Videbimusne Curiam et Forum? Sextus multa de Roma legit et audivit et nunc, patre, omnia videre vult”.

5 Titus, “Tacete! Tacete!”, inquit. “Forum cras visitabimus. Cras, Eucleides, tibi licebit pueros eo ducere. Tum erit satis temporis. Hodie tamen, pueri, vos domum per urbem ducam et omnia in itinere vobis demonstrabo”.

Iam advenerant ad Circum Maximum, qui non procul aberat. Stupuit Sextus ubi molem Circi Maximi vidit. Marcus quoque stupuit, quamquam Circum antea viderat. Stupuit  
 10 Titus, attonitus non mole, sed silentio Circi.

“Eheu! Eheu!”, inquit Titus. “Hodie Circus est clausus. Tribus diebus tamen princeps ipse, Titus Flavius Vespasianus, ludos magnificos faciet”.

“Nonne tu nos eo duces?”, rogavit Marcus.

“Eheu! Ego non potero vos ducere”, inquit Titus. “Fortasse Eucleides vos ducet”.

**advenerant, habían llegado**  
**attonitus, -a, -um, atónito**  
**clausus, -a, -um, cerrado**  
**ludi, -orum, m. pl., juegos**

**moles, molis, gen.pl., molium, f., mole, gran volumen**  
**simulac, conj., tan pronto como**  
**viderat, había visto**

**lego, -ere, legi, lectum, leer**  
**licet, -ere, licuit + dat., normalmente en 3ª p. + infinitivo, es lícito, está permitido**

15 “Minime!”, respondit Sextus. “Libros, non ludos amat Eucleides”.

“Agite, pueri!”, interpellavit Titus. “Nunc circumibimus Montem Palatinum et Forum intrabimus ad arcum Tiberii. Ibi fortasse patri tuo occuremus, Marce. Mox senatores e Curia exhibunt”.

Itaque Circum reliquerunt et Palatinum circumierunt. Titus in itinere monstravit pueris  
 20 mira aedificia quae principes in Palatino aedificaverant. Tandem ad arcum Tiberii advenerunt, iam labore et aestu defessi.

“Hic est arcus”, inquit Titus, “quem...”

“Omnia videre poteritis cras”, interpellavit Cornelius, qui eo ipso tempore ad arcum e  
 25 Curia advenerat. “Cum ad Forum cras redieritis, Eucleides omnia vobis explicabit. Iam sero est. Agite! Iam domum ibimus”.

**aedifico, -are, -avi, -atum, edificar, construir**  
**aestu, por el calor**

**arcus, arco**  
**liber, libri, m., libro**

**Mons Palatinus, Montis Palatini, m.,**  
*Monte Palatino*

**quem, ac., al que...**  
**redieritis, regresaréis**

**circum eo, -ire, circumi(v)i, circumitum, irr., ir alrededor**  
**occurro, -ere, occurri, occursurus + dat., reunirse con, salir al paso de**

### **EL PEOR ENEMIGO DE ROMA**

Ubi Hannibal puer novem annorum erat, pater eius, nomine Hamilcar, ad Hispaniam multis cum militibus navigare parabat. Multis ante annis Romani Hamilcarem in bello vicerant; ab Carthaginiensibus insulas Siciliam et Sardiniam ceperant. Nunc in animo habebat Hamilcar ad Hispaniam transire et ibi imperium novum condere. In Africa  
5 manere nolebat puer Hannibal, itaque patri appropinquavit.

“Pater, pater!”, clamavit Hannibal. “Duc me tecum ad Hispaniam! Noli me in Africa cum pueris relinquere!”

“Sed tu puer es”, respondit pater, qui eo ipso tempore omina ad aram consulere parabat. “Viri Carthaginienses, non pueri, hostes Romanis sunt”.

10 “Puer non sum”, inquit Hannibal. “Si tu hostis Romanis es, ego quoque Romanis hostis sum”.

“Si ita cogitas”, inquit Hamilcar, “necesse tibi erit id iure iurando affirmare”. Manum filii in capite victimae posuit.

15 Hannibal, “Ego semper hostis Romanis ero,” inquit. “Semper contra Romanos pugnabo. Non quiescam nisi urbem Romam cepero.”

Itaque Hamilcar secum ad Hispaniam filium Hannibalem duxit. Multis post annis, ubi Hannibal dux Carthaginiensium erat, ingentem exercitum contra Romanos duxit; multa et mira perfecit. Contra Romanos diu pugnavit et eos multis in proeliis vicit. Numquam habuerunt Romani hostem ferociorem.

**annus, -i (m), año**  
**ara, -ae (f), altar**  
**bellum, -i (n), guerra**  
**caput, capitis (n), cabeza**  
**Carthaginienses, Carthaginiensium (m pl), cartagineses**  
**contra (+ ac.), contra**  
**exercitus, ejército**  
**ferociorem, el más feroz**  
**Hispania, -ae (f), España, Hispania**  
**hostis, hostis (m), hostium (gen pl), enemigo(s)**

**id, eso, lo**  
**imperium, -i (n), imperio**  
**insula, -ae (f), isla**  
**iure iurando affirmare, confirmar mediante juramento**  
**multis ante annis, muchos años antes**  
**multis post annis, muchos años después**  
**navigo, -are, -avi, -atum, navegar**  
**omen, ominis (n), omen, presagio**  
**proelium, -i (n), batalla**  
**pugno, -are, -avi, -atum, luchar**

**condo, condere, condidi, conditum, fundar**  
**perficio, perficere, perfeci, perfectum, cumplir**  
**transeo, transire, transi(v)i, transitum, cruzar**  
**vinco, vincere, vici, victum, vencer**

## 25 Primera mañana en Roma

**Gram.: 4ª y 5ª declinación. / Genitivo partitivo.**

Iam dies erat. Magnus erat clamor in urbe. Servi ad Forum magno tumultu onera ferebant. Undique clamor et strepitus! Sed nihil clamoris, nihil strepitus ad Marcum pervenit. In lecto stertebat, nam defessus erat. Sextus quoque in lecto manebat sed dormire non poterat. Clamoribus et strepitu excitatus, iam cogitabat de omnibus rebus quas Titus heri narraverat. “Quid hodie videbimus? Corneliusne nos in Forum ducet? Ego certe Forum et Curiam et senatores videre volo”.

Interea Eucleides, qui prima luce exierat, iam domum redierat. Statim cubiculum puerorum petivit et, “Eho, pueri!”, inquit. “Cur nondum surrexistis? Abhinc duas horas ego surrexi. Quod novum librum emere volebam, in argiletum mane descendi ad tabernam quandam ubi in postibus nomina multorum poetarum videre potes. Catullus, Flaccus...”

At pueri celeriter interpellaverunt quod Eucleides, ut bene sciebant, semper aliquid novi docere volebat. “Quid in viis vidisti?”

Eucleides, “Nihil”, inquit, “nisi miserum hominem lapidibus oppressum. Boves lapides quadratos in plastro trahebant ad novum aedificium quod Caesar prope Domum Auream conficit. Illud aedificium est ingens amphitheatrum et mox princeps ludos ibi faciet. Si boni pueri fueritis, fortasse ad ludos ibitis”.

**abhinc duas horas**, *hace dos horas*

**abhinc**, *hace*

**ad tabernam quandam**, *a cierta tienda*

**aliquid**, *algo*

**de omnibus rebus**, *sobre todas las cosas*

**Domus Aurea**, *Casa Dorada* **Eho!**, *¡Hey!*

**excitatus**, *-a, -um, despierto*

**lapis**, *lapidis, m., piedra*

**oppressus**, *-a, -um, apesado*

**poeta**, *-ae, m., poeta*

**postis**, *postis, gen. pl., postium, m., marco de la puerta*

**quadratus**, *-a, -um, cuadrado, bloque*

**quod**, *que*

**taberna**, *-ae, f., tienda*

**tumultus**, *tumulto, alboroto*

**conficio**, *-ere, confeci, confectum, acabar, confeccionar*

**pervenio**, *-ire, perveni, perventurus, llegar a, alcanzar*

**sterto**, *-ere, stertui, roncar*

**traho**, *-ere, traxi, tractum, arrastrar*

### Ejercicio 25c

**Analiza los sustantivos de la 4ª y 5ª declinación, y traduce:**

- Media nocte tumultum magnum audivi. Quae erat causa huius tumultus? Magno cum strepitu boves plaustra per vias trahebant. Primum strepitus procul aberat; deinde in via nostra erat tumultus.

**absum**, *abesse, afui, afuturus, irreg.,*

*estar ausente, distar*

**causa**, *-ae, f., causa, razón*

**huius**, *de este*

- Multas res manibus nostris facimus. Eucleides manu stilum tenebat, nam pueros scribere docebat. Pueri arbores manibus et pedibus antea ascenderant. Manus igitur eorum sordidae erant. Eucleides eos iussit manus statim lavare.

**eorum**, *de ellos*

**stilus**, *-i, m., estilo*

3. Multos dies in villa manebamus. Venit tamen dies reditus. Necesse erat iter trium dierum facere quod ad urbem celerrime redire volebamus. Eo die discessimus. Duos dies per Viam Appiam iter faciebamus. Tertio die Romam pervenimus.

eo die, *ese día*

reditus, -us, m.,  
*retorno*

tertius, -a, -um,  
*tercero*

4. Titus rem miram nobis narravit. Servus, qui nocte per vias urbis ambulabat, subito fugit perterritus. Quae erat causa huius rei? In via occurrerat cani qui, ut ipse dixit, tria capita habebat. De talibus rebus in libris saepe legimus sed numquam talem rem ipsi vidimus. De hac re omnes cives multas fabulas narrant.

caput, capitis, n., *cabeza*

fugio, -ere, fugi, fugiturus, *huir*

## 26 Una amarga lección

Gram.: Demonstrativos *hic e ille*.

Eucleides et pueri iam domum redierant. Post cenam Cornelius et Marcus et Sextus in atrio sedebant.

“Quid hodie vidistis, pueri?”, inquit Cornelius.

- 5 “Nihil nisi aedificia antiqua”, respondit Marcus. “Nos in urbem exire volumus soli. Cur non licet?”

Cui Cornelius, “Est periculosum sine custode exire in vias huius urbis. Sunt multi homines scelesti qui bona civium arripiunt. Nonnumquam hi homines cives ipsos necant. Vobis igitur non licet sine custode exire. Iam sero est. Nunc necesse est vobis cubitum ire. Nolite cessare sed ite statim!”

- 10 Pueri, labore diei defessi, simulac cubitum ierunt, obdormiverunt.

Postridie mane Marcus in lecto suo iacebat et de Circo Maximo ita cogitabat: “Quando Circum Maximum visitabimus? Cur pater meus nos exire vetat? Heri nullos homines scelestos in urbe vidi. Interdiu certe praedones nobis non nocebunt. Meum patrem, quod est senator Romanus, praedones timent. Nihil periculi est”.

- 15 Brevi tempore, ut Marco videbatur, pueri ad circum ibant. Mox molem ingentem Circi Maximi Marcus conspexit.

“Ecce!”, clamavit Marcus. “Est Circus. Cum intraverimus, tandem aurigas ipsos spectabimus”.

Subito tamen in viam se praecipitaverunt tres homines.

- 20 “Cave illos homines!”, clamavit Sextus. “Illi certe nos in domus vicinas trahent et ibi nos necabunt”.

Sed frustra, nam Marcus, metu commotus, postquam Sextum audivit clamantem, ad terram cecidit et iacebat in luto immobilis.

atrium, -i, n., *atrio*

bona, bonorum, n. pl., *bienes, propiedades*

custos, custodis, m., *vigilante*

metus, -us, m., *miedo*

nisi, conj., *salvo que, a no ser que*

iaceo, -ere, iacui, iaciturus, *yacer, estar echado*

lutum, -i, n., *lodo*

noceo, -ere, nocui, nociturus + dat., *dañar*

nonnumquam, adv., *a veces*

**postridie**, adv., *al día siguiente*  
**praedo, praedonis**, m., *ladrón*  
**sine**, prep. + abl., *sin*

**terra, -ae**, f., *tierra, suelo*  
**ut Marco videbatur**, *como le parecía a Marco*

**arripio, -ere, arripui, arreptum**, *agarrar*  
**veto, -are, vetui, vetitum**, *prohibir, vetar*

25 “Eho!”, clamavit unus e praedonibus. “Quo abis, parvule?” Quid est nomen tuum? Nonne tu filius es senatoris? Nonne nomen tuum est Marcus Cornelius?”

Cui Marcus, “Quid vultis, scelesti? Nihil pecuniae habeo. Nolite me verberare! Si mihi nocueritis, pater meus certe vos puniet”.

Sed interpellavit praedo, “Tace, puer! Tu es captivus noster neque ad patrem redibis. Nemo nunc poterit te servare. Ipse enim te necabo”.

30 Tum praedo gladium strinxit. Sextus stabat perterritus et “Fer auxilium!” clamavit. “Fer auxilium!” Sed nemo clamorem audivit. Nemo auxilium tulit. Marcus oculos clausit et mortem exspectabat.

Nihil accidit. Oculos aperuit. In lecto erat suo. Somnium modo fuerat. Hodie tamen domi manere constituit Marcus. Exire noluit.

**domi**, *en casa*  
**gladius, -i**, m., *espada*  
**oculus, -i**, m., *ojo*

**parvulus, -a, -um**, *pequeño*  
**servo, -are, -avi, -atum**, *salvar*

**accidit, -ere, accidit**, *suceder*  
**aperio, -ire, aperui, apertum**, *abrir*  
**claudio, -ere, clausi, clausum**, *cerrar*  
**stringo, -ere, strinxi, strictum**, *apretar*

### Ejercicio 26e: Lee, traduce y dramatiza el texto:

#### **LA PREOCUPACIÓN DE AURELIA POR SEXTO**

Quinta hora est. Domi in tablino Gaius Cornelius strenue laborat solus. Iam a Curia rediit et nunc orationem scribit, quam cras apud senatum habebit. Aurelia ianuae tablini appropinquat et tacite intrat, nam coniugem vexare non vult.

AVRELIA Salve, Gai! Esne occupatus?

5 CORNELIVS Ita vero! Paulisper tamen colloquium tecum habere possum. Quid agis, uxor?

AVRELIA Sollicita de Sexto sum, coniunx.

CORNELIVS De Sexto? Cur? Quid ille puer molestus iam fecit?

10 AVRELIA Nihil mali fecit Sextus. Sollicita sum quod hic puer numquam antea in urbe tanta adfuit. Pueri in urbe sine custode exire non debent. Necesse est igitur et Marco et Sexto custodem habere.

CORNELIVS Titus frater meus custos cum illis ibit. Eucleides quoque Sextum custodiet. Ille enim pueros ad ludum ducet.

15 AVRELIA Fratri Tito non confido, et Sextus Eucleidem numquam audiet. Nam Eucleides numquam tacet.

CORNELIVS (*iratus*) Si Sextus custodem non audiverit, ego ipse eum puniam!

AVRELIA Minime, Gai. Sextus non est puer scelestus. Est, ut bene scis, puer strenuus. Matrem tamen propter eruptionem Montis Vesuvii non iam habet Sextus. Certe eam valde desiderat. Debemus Sextum diligenter curare.

20 CORNELIVS Ita vero! Esto! Ubi non in Curia sum, ego ipse pueros custodiam. Aliter aut patruus Titus aut Eucleides verbosus eos curabit.

AVRELIA Gratias tibi ago, coniunx!

CORNELIVS Nunc, si vis, abi! Solus esse volo. Mihi necesse est hanc orationem conficere.

- |  |   |
|--|---|
| 1. <b>quintus, -a, -um</b> , <i>quinto</i><br><b>tablinum, i (n)</b> , <i>despacho</i>   | 18. <b>propter (+ ac)</b> , <i>a causa de</i><br><b>Mons Vesuvius, Montis Vesuvii (m)</b> ,<br><i>Monte Vesuvio</i> |
| 2. <b>oratio, orationis (f)</b> , <i>discurso</i><br><b>quam ... habebit</b> , <i>que pronunciará...</i><br><b>apud (+ ac.)</b> , <i>junto a</i> | 19. <b>desidero, -are, -avi, -atum</b> , <i> echar de</i><br><i>menos</i>   |
| 3. <b>coniunx, coniugis (m f)</b> , <i>esposo/a</i>  | 20. <b>aliter</b> , <i>de otro modo, en otro caso</i>   |
| 5. <b>colloquium, -i (n)</b> , <i>conversación</i>   | 21. <b>aut... aut...</b> , <i>o bien... o...</i>  |
| 10. <b>debeo, -ere, -ui, -itum (+ inf.)</b> , <i>deber</i>   | 22. <b>Gratias tibi ago!</b> <i>¡Gracias!</i>   |
| 13. <b>ludus, -i (m)</b> , <i>escuela</i>  | 23. <b>si vis</b> , <i>por favor</i>  |
10. **adsum, adesse, adfui**, *estar presente*  
14. **confido, confidere (+ dat.)**, *confiar en*

## 27 Una visita a las carreras

**Gram.: Dativo con verbos intransitivos./ Pronombres personales y anafórico./ Pronombre reflexivo./ Adjetivo posesivo./ Prefijos verbales I.**

La carrera de carros o cuadrigas (**ludi circenses**) era seguramente el espectáculo más popular en la antigua Roma. Se celebraba en el **Circus Maximus**, un estadio al aire libre en el valle que está entre el Palatino y el Aventino. Podía albergar unos 200.000 espectadores, sentados en gradas alrededor de la pista (**curriculum**).

Se estima que llegó a haber hasta 90 días festivos (**feriae**) de juegos públicos. Esos días los ciudadanos estaban “de vacaciones” (**feriati**).

En medio de la pista había una barrera (**spina**) y los carros (**quadrigae**), tirados por cuatro caballos, completaban siete vueltas, es decir, unas cinco millas (8 km. en total). Estaba permitido el abordaje y las colisiones eran frecuentes, sobre todo en los postes de giro (**metae**). La carrera comenzaba cuando el emperador (**Caesar**) o el presidente oficial de los juegos daban la señal (**signum**) dejando caer un pañuelo (**mappa**).

Los aurigas, alguno de los cuales alcanzó gran popularidad y salarios desorbitados, eran contratados por cuatro equipos (**factiones**), cada uno con su propio color: los Rojos (**russati**), los Blancos (**albat**), los Verdes (**prasini**) y los Azules (**veneti**). Los aficionados solían mostrar su apoyo (**favere**) vociferando.

Tenemos noticia de un auriga, Gayo Apuleyo Diocles, que condujo carros para los Rojos durante veinticuatro años, participando en 4.257 carreras y obteniendo 1.462 victorias.

*No debe sorprendernos que Marco, Cornelia y Sexto estén deseando ir a las carreras. En el momento en que retomamos el relato, tres días después de la llegada de los Cornelio a Roma, Sexto está sentado solo cuando de repente llega Marco corriendo.*

MARCVS     Sexte, Sexte! Hodie nobis licet ad ludos circenses ire. Eucleides me et te et Corneliam ad Circum ducet.

SEXTVS     Ludos circenses amo. Sed nonne Circus clausus erit?

5     MARCVS     Minime! Circus non erit clausus, nam hodie cives omnes feriati sunt. Viae erunt plenae hominum. Viri, mulieres, liberi Circum celerrime petent.

SEXTVS     Sed cur non nunc discedimus? Ego sum iam paratus.

MARCVS     Simulac Cornelia e somno surrexerit, statim ibimus.

*A pesar del descontento de los muchachos, Cornelia tarda bastante en despertar de la siesta, pero pronto están preparados para salir.*

10     EVCLEIDES   Iam a Circo non procul absumus. Nonne strepitum auditis? Ecce! Omnes ad Circum festinant. Brevi tempore nos ipsi intrabimus.

**mulier, mulieris, n., mujer**

*Entran en el Circo.*

CORNELIA   Quam ingens est turba hominum! Totus Circus est plenus spectatorum.

15     EVCLEIDES   Ita vero! Semper multi spectatores in Circo sunt. Hic considemus?

MARCVS     Minime! Prope curriculum sedere necesse est quod ibi omnia videre poterimus.

EVCLEIDES   At prope curriculum sedere periculosum est. Pater vester multa de periculo dixit.

20     MARCVS     Nihil periculi est, nam Titus, patruus meus, cum amicis prope curriculum sedere solet.

SEXTVS     Ecce! Caesar ipse iam surrexit; signum dare parat. Ego russatis favebo.

MARCVS     Ego albatis.

CORNELIA   Ego venetis.

25     MARCVS     Ecce!Mappa! Signum est!

CORNELIA   Quam ferociter equos verberant illi aurigae! Quam celeriter equos agunt! Quam temerarii sunt! Nonne mortem timent?

SEXTVS     Ecce! Russatus meus certe victor erit, nam equos magna arte agit.

**faveo, favere, favi, fauturus + dat., apoyar, ser partidario de**

30     MARCVS     O me miserum! Auriga meus equos devertit. Cave metam! Cave metam! Esne semisomnus, fatue? Cur metam non vitavisti?

CORNELIA   Eheu! Ille auriga cecidit. Humi iacet. Estne mortuus?

SEXTVS     Minime! Minime! Ecce! Animum recuperavit. Iam surgit.

35 CORNELIA Audivistisne clamores horum spectatorum? Magna voce nomina aurigarum et equorum semper clamant! Undique ingens est strepitus! Tantum strepitum ego numquam audi.

MARCVS Russati vicerunt, ded mox etiam albatu vincent. Gloria albatorum erit immortalis!

EUCLEIDES Hoc fortasse accidet, sed Caligula ipse, ut dicunt, prasinos amabat.

**deverto, -ere, deveri, deversum, girar**  
**humi, en el suelo**  
**vinco, -ere, vici, victum, vencer**

*Ven unas cuantas carreras más, pero no es el día de suerte de Marco. Euclides está un poco preocupado porque se hace tarde. En cierta ocasión se había visto atrapado en una aglomeración en las puertas.*

EVCLEIDES Iam sero est. Nunc domum redibimus.

SEXTVS Nondum tempus est domum redire. Ecce! Aurigae habenas sumpserunt et signum exspectant.

EVCLEIDES Nisi mox discedemus, turbam ingentem vitare non poterimus. Agite! Domum!

### INFLUENCIA ROMANA EN ORIENTE: 168 aC

Olim, ubi Lucius Aemilius Paulus et Publius Licinius consules Romani erant, cives Alexandrini auxilium a Romanis petiverunt. Obsidebat enim urbem Alexandriam magno exercitu Antiochus, rex Syriae. Hic rex superbus erat et, quod regnum suum augere in animo habebat, Aegyptios vincere volebat. Romani Aegyptiis favebant, sed exercitum ad Aegyptum mittere non poterant. Erat tamen senator quidam consularis, Gaius Popilius Laenas nomine, qui eo ipso tempore iter in illis partibus faciebat. Hunc senatorem ad Aegyptum misit senatus Romanus quod auxilium Aegyptiis offerre voluit.

Antiochus, ubi Popilius advenit, ad eum nuntios misit, nam hunc senatorem consulere volebat. Venit rex Syriae ad congressum vestibus magnificis indutus cum magna multitudine militum. Venit Popilius solus, toga praetexta indutus, cum duodecim modo lictoribus. Regi appropinquavit et statim dixit: “Necesse est mihi ad senatum responsum tuum, Antioche, referre. Quid a Romanis petis, bellum aut pacem?”

Stupuit Antiochus et secum cogitabat: “Cur ille Romanus me non timet? Nullum exercitum habet, sed neque commotus neque sollicitus est”. Antiochus ipse vero commotus et sollicitus erat et Popilio igitur respondit, “Necesse est de hac re cum amicis meis consulere”.

Habebat in manu Popilius baculum quod omnes legati Romani secum ferre solebant. Hoc baculo Popilius circulum in arena circum regem Syriae scripsit. “Antequam e circulo exis”, regi dixit, “mihi responsum dabis”. Attonitus erat Antiochus. Popilium et imperium Romanum valde timebat. Dixit: “Faciam id quod censet senatus Romanus”. Ad milites rediit et exercitum ad Syriam statim reduxit. Tanta erat dignitas et auctoritas huius legati et senatus Romani.

1. **consul, consulis (m), consul**
2. **Alexandrinus, -a, -um, alejandrino, de Alejandria (ciudad egipcia).**

3. **exercitus, -us (m), ejército**  
**rex, regis (m), rey**  
**superbus, -a, -um, arrogante, soberbio**

- regnum, -i (n), reino**
4. **Aegyptii, -orum (m pl), egipcios**
5. **Aegyptus, -i (f), Egipto**  
**consularis, -e, excónsul**
9. **congressus, -us (m), reunión**  
**vestis, vestis (f), vestium (gen. pl),**  
*vestido*
- indutus, -a, -um (+ abl), vestido**
10. **duodecim, doce**
11. **lictor, lictoris (m), licitor**  
**responsum, -i (n), respuesta**
12. **bellum, -i (n), guerra**  
**pax, pacis (f), paz**
14. **vero, verdaderamente**
18. **circulus, -i (m), círculo**  
**arena, -ae (f), arena**  
**antequam, antes (de que)**
19. **imperium, -i (n), imperio, poder**
21. **dignitas, dignitatis (f), dignidad, honor**  
**auctoritas, auctoritatis (f), autoridad,**  
*prestigio, influencia*
2. **obsideo, -ere, obsedi, obsessum, asediar**
3. **augeo, -ere, auxi, auctus, aumentar**
7. **offero, offerre, obtuli, oblatum, ofrecer**
12. **refero, referre, rettuli, relatum, llevar**
20. **censeo, censere, censui, censum, decretar, decidir**

## 28 Preparativos para ir de compras

### Gram.: Pronombres relativos (morfología y sintaxis)

5 Mane erat. Aurelia in cubiculo sedebat. Crines eius curabant duae ancillae, quarum altera speculum tenebat, altera crines pectebat. Phrygia, quae crines neglegenter pectebat, dominam vexabat; Syra, quod manus tremebat, speculum non bene tenebat. Aurelia igitur, neglegentia earum vexata, subito, “Quam neglegentes estis!” clamavit. “Abite! Abite! Vocate Corneliam! Eam mecum in urbem ducere volo.”

Statim exierunt ancillae.

10 Mox in cubiculum iniit Cornelia. “Cur me vocavisti, mater?”

Aurelia respondit, “Pater tuus amicos quosdam, in quibus sunt senatores praeclari, ad cenam hodie invitavit. Porcum servus iam emit, sed ego in animo habeo ipsa in urbem ire ad mercatorem quendam cuius taberna non procul abest, nam glires optimos ille vendere solet. Si tu vis mecum ire, me in atrio exspecta! Interea servos iubebo sellas ad ianuam ferre.”

**crines, crinium, m. pl., cabello**  
**cuius, cuyo**  
**glis, gliris, gen. pl., glirium, m., lirón**  
**in quibus, entre los cuales**  
**neglegenter, adv., descuidadamente**

**porcus, -i, m., cerdo**  
**sella, -ae, f., silla portátil**  
**speculum, -i, n., espejo**  
**vexatus, -a, -um, molesto**

**pecto, pectere, pexi, pexus, peinar**  
**vendo, vendere, vendidi, venditus, vender**

## 29 Yendo al mercado

**Adjetivos indefinidos. Pronombres interrogativos. Verbos compuestos II.**

Cornelia summa celeritate se paravit. Brevi tempore mater et filia a servis per urbem ferebantur. In viis erat ingens multitudo hominum. Concursabant enim servi, milites, viri, pueri, mulieres. Onera ingentia a servis portabantur, nam interdum nihil intra urbem vehiculo portatur.

Omnia quae videt Cornelia eam delectant. Nunc conspicit poetam versus recitantem, nunc mendicos pecuniam petentes, nunc lecticam elegantissimam quae ab octo servis portatur. In ea recumbit homo obesus qui librum legit.

Subito Cornelia duos servos per viam festinantes conspicit, quarum alter porcum parvulum portat. Eo ipso tempore e manibus effugit porcus. “Cavete!” exclamant adstantes, sed frustra. Homo quidam, qui per viam celeriter currit, porcum vitare non potest. Ad terram cadit. Paulisper in luto iacet gemens. Deinde ira commotus servum petit a quo porcus aufugit. Est rixa.

Finem rixae non vidit Cornelia quod servi iam sellas in aliam viam tulerant. Tandem advenerunt ad eam tabernam quam petebant. De sellis descenderunt. Tum Aurelia, “Vidistine,” inquit, “illam lecticam in qua recumbebat homo obesus? Unus e libertis Caesaris ipsius—Sed quid accidit? Fumum video et flammas.”

## 30 ¡Fuego!

**Voz activa y voz pasiva.**

Conspexerat Aurelia ingentem insulam e qua emittebatur magna vis fumi ac flammaram. Cornelia iam ad id aedificium summa celeritate currebat, cum Aurelia ei clamavit, “Cave, Cornelia! Ei incendio appropinquare est periculosum.”

Mox fumus omnia obscurabat. Cornelia aedificium ipsum vix videre poterat. Multi homines huc illuc concursabant. Ab incolis omnia simul aguntur; infantes ex aedificio a matribus efferuntur; infirmi e ianuis trahuntur; bona e fenestris eiciuntur; in viis ponuntur cistae, lecti, ornamenta.

Cornelia spectaculum tam miserabile numquam antea viderat. Lacrimabant mulieres et liberos parvos tenebant; lacrimabant liberi qui parentes suos quaerebant; clamabant parentes qui liberos suos petebant.

Via erat plena eorum qui ad spectaculum venerant. Alii ex adstantibus aquam portabant; alii in insulam intrabant et auxilium incolis miseris ferebant. Multi tamen nihil faciebant. “Nos certe nihil facere possumus,” inquit. “In hac urbe solent esse incendia quae extinguere non possumus. Neque hoc aedificium neque hos incolas servare possumus. Ecce! In tertio tabulato huius insulae est mater cum duobus liberis. Hi miseri flammis paene opprimuntur. Si incolae se servare non possunt, quid nos facere possumus?”

Subito exclamavit unus ex adstantibus, “Cavete, omnes! Nisi statim aufugietis, vos omnes opprimemini aut lapidibus aut flammis”.

Tum Cornelia, “Eheu, mater!” inquit. “Ego valde commoveor cum hos tam miseros liberos video. Quis eis auxilium feret? Quomodo effugient? Quid eis accidet?”

Cui respondit Aurelia, “Id nescio. Sine dubio iam mortui sunt. Sed cur tu ita commoveris? Nos nihil hic facere possumus. Nisi statim fugiemus, nos ipsae vix servabimur. Satis tamen hodie vidisti. Age! Ad Forum ibimus ac glires ememus”.

Illo ipso tempore parietes insulae magno fragore ceciderunt. Nihil manebat nisi lapides ac fumus.

### 31 Pseudolus

**Infinitivos de presente pasivos. El ablativo. Pronombres-Adjetivos demostrativos.**

Quinta hora est. Marcus et Sextus per atrium ambulant, cum subito e culina cachinnus maximus auditur. Statim in culinam pueri intrant, ubi Syrum et aliis servos vident.

Sextus, “Cur vos omnes ridetis?” inquit. “Iocumne audivistis?”

Cui Syrus, “ioco optimo delectamur, domine. Est in culina servus quidam cui nomen est Pseudolus. Non servus sed mercator esse videtur. Heri mane in urbem ad lanii tabernam descendit, nam carnem emere volebat. ‘Quanti,’ inquit Pseudolus, ‘est illa perna?’ Ubi pretium auditur, lanio respondet, ‘Ego numquam dabo tantum pretium. Praedo quidem mihi videris, non lanius. Nemo nisi scelestus tantum petit. Ad aliam tabernam ibo neque umquam...’

“‘Procax es, Pseudole,’ interpellat lanius. ‘Per iocum sine dubio hoc dicis. In hac via nemo carnem meliorem habet, ut bene scis. Hoc pretium non est magnum. Si autem multum emes, pretium fortasse minuetur. Dominus tuus, ut audivi, cras cenam amicis suis dabit. Nonne porcum emes?’

“Cui Pseudolus, ‘Quem porcum mihi vendere vis? Ille est pinguis. Da mihi illum!’

‘Ille porcus heri in meis agris pascebatur, mea manu curabatur. Nullum porcum meliorem in hac urbe emes. Senatori romano illum vendere volo. Itaque tibi decem denariis eum vendam.’

‘Decem denariis? Immo quinque!’

‘Octo!’

‘Octo, si ille lepus quoque additus erit gratis. Si non, nihil emam et ad aliam tabernam ibo.’

‘Non sine causa tu vocaris Pseudolus. Vos servi, non nos lanii, recte praedones vocamini.’

“Multum et diu clamat lanius, sed Pseudolus nihil respondet. Tandem lanius octo denarios invitatus accipit; porcum et leporem Pseudolo tradit. Iam Pseudolus noster rediit et totam fabulam nobis narravit. In animo habet leporem amico vendere et pecuniam sibi retinere.”

“Minime vero!” clamavit Aurelia, quae a Foro redierat et omnia audiverat. “Syre, da mihi leporem! Pseudolus ad villam rusticam mittetur. Vos quoque puniemini omnes.”

### 32 Preparativos para la cena

**P.pf., P.pl.pf. y Fut.pf. pasivos.**

<sup>1</sup>Abhinc tres dies amici quidam a Gaio Cornelio ad cenam invitati erant. Qua de causa Aurelia in Foro glires emerat. Porcus quoque a Pseudolo emptus erat. Iam dies cenae aderat. Mane servi in Forum missi sunt et ibi comparaverunt holera, panem, pullos. Ova quoque et mala et multa alia comparata sunt, nam cum senator Romanus amicos ad cenam invitavit, cena optima parari debet.

Iam hora cenae appropinquabat. Dum in culina cibus coquebatur, ancillae triclinium

<sup>1</sup> [https://en.wikipedia.org/wiki/Food\\_and\\_dining\\_in\\_the\\_Roman\\_Empire](https://en.wikipedia.org/wiki/Food_and_dining_in_the_Roman_Empire)

parabant. Mensa a servis in medium triclinium iam allata erat; tres lecti circum mensam positi erant.

Triclinium Cornelii erat pulcherrimum atque ornatissimum. In parietibus erant picturae pulcherrimae. In alia pictura canis Cerberus e regno Plutonis extrahebatur, in alia Mercurius ad Charonem mortuos adducebat, in alia Orpheus ad inferos descendebat.

Cornelius servos festinare iubebat, nam iam erat nona hora. Aurelia, semper sollicita, ancillas vehementer incitabat. Subito ancilla quaedam, quae Aureliam magnopere timebat, huc illuc festinans unum e candelabris casu evertit. Candelabrum in lectum deiectum est; statim effusum est oleum in strata; haec celeriter ignem ceperunt. Aurelia irata ancillam neglegentem reprehendebat, sed Cornelius celeriter pallio ignem exstinxit.

“Bono animo es!” inquit Cornelius. “Ecce! Ignis iam exstinctus est!” Tum aliae ancillae ab illo vocatae sunt: “Syras! Phrygia! Strata alia ferte! Necessum est omnia statim reficere, nam convivae mox aderunt.” Omnia Cornelii iussa facta sunt.

Adveniebant convivae, in quibus erant complures clientes qui ad cenam invitati erant. Convivae mappas secum ferebant, nam cum cena confecta erit, in mappis cibum auferre eis licebit. Paulisper in atrio stabant, Cornelium exspectantes. Tandem a Cornelio ipso comiter salutati sunt.

Aberat nemo nisi Titus Cornelius, patruus Marci. Paulisper eum exspectabant omnes; sed tandem, quamquam ille nondum advenerat, convivae in triclinium ducti sunt. Soleae depositae a servis ablatae sunt. Omnes in lectis accubuerunt et cenam exspectabant.

### 33 Durante la cena

#### Participio de Perfecto Pasivo.

Cornelius ancillis signum dat. Primum aqua ab ancillas portatur et convivae manus lavant. Dum hoc faciunt, omnibus convivis mulsum datur. Deinde fercula e culina efferuntur, in quibus est gustatio —ova et olivae nigrae, asparagus et boleti liquamine aspersi. Interea a convivis multae fabulae narrantur, multa de rebus urbanis dicuntur: alius de incendiis narrat, alius de pestilentia in urbe, alius de amphitheatro, aedificio ingenti quod mox dedicabitur. Aliquid novi audire omnes delectat. Dum convivae haec et multa alia narrant, gustatio editur, mulsum bibitur.

Tum servi gustationem auferunt; deinde ab eisdem servis magnum ferculum in triclinium fertur, in media mensa ponitur. In eo est porcus ingens et circum porcum glires quos Aurelia emerat. Ab aliis servis pocula convivarum vino optimo complentur. Dum convivae haec spectant, extra triclinium magnus tumultus auditur. Subito in triclinium magno cum strepitu irrumpit Titus Cornelius.

Mussant convivae, “Cur Titus noster sero venire solet neque se umquam excusat?”

At Titus, ad locum suum lente ambulans, “Salvete, amici omnes!” inquit. “Salve, mi frater! Amico cuidam in popina occurri.”

Gaius, quamquam iratissimus erat, nihil tamen dixit quod hoc tempore fratrem reprehendere nolebat. Statim signum servis dedit. Tum alii ex eis porcum scindebant, alii carnem ad convivas portabant. Non omnibus de porco datum est: clientibus quidem data sunt pullorum frustra.

Gaius servo, “Puer,” inquit, “da fratri meo quoque frustra pulli! Noli ei de porco dare!”

Nunc omnes cibum atque vinum habebant. Omnes cenam laudabant. Etiam clientes, quamquam frustra modo habebant, una cum ceteris clamabant, “Euge! Gaius Cornelius

cenam optimam dare solet. Nemo meliorem coquum habet. Nonne coquum ipsum laudare debemus?”

Itaque coquus vocatus ab omnibus laudatus est.

Tandem fercula a servis ablata sunt. Simul Gaius servos iussit secundas mensas in triclinium portare. Servi, quamquam defessi erant, huc illuc currebant. Uvae, mala, pira in triclinium portata sunt. Passum quoque in mensa positum omnibus est datum.

### Ejercicio 33c

#### Adaptación del relato de Niceros en la cena de Trimalción, del *Satiricón* de Petronio.

Ubi adhuc servus eram, in urbe Brundisio habitabamus. Illo tempore Melissam amabam, ancillam pulcherrimam quae in villa rustica habitabat. Forte dominus meus ad urbem proximam abierat; ego igitur Melissam visitare constitui, solus tamen ire nolui. Erat autem mihi amicus quidam, qui mecum ire poterat. Miles erat, homo fortis et temerarius.

Media nocte discessimus. Luna lucebat tamquam meridie. Venimus ad sepulcra prope viam sita. Miles meus inter sepulcra iit; ego consedi et stelas numerabam. Deinde rem iram vidi: omnia vestimenta ab amico meo exuta in terra prope viam deposita sunt. Di immortales! Non per iocum dico! Ille subito lupus factus est! Ego stabam tamquam mortuus. Lupus tamen ululavit et in silvam fugit.

Primum perterritus eram. Anima mihi in naso erat! Deinde ad stelas processi quod vestimenta eius inspicere volebam. Vestimenta deposita tamen lapidea facta erant. Paulisper ibi stabam immobilis. Gladium tamen strinxi et umbras cecidi donec ad villam rusticam perveni. Melissa mea ad portam villae mihi occurrit. “Dolemus”, inquit, “quod non prius venisti; auxilio tuo caruimus. Lupus enim villam intravit et omnia pecora tamquam lanus necabat. Nec tamen derisit. Servus enim noster eum gladio vulneravit.”

Ubi haec audivi, perterritus eram. Neque dormire neque in villa manere potui, sed summa celeritate aufugi. Postquam veni in illum locum in quo vestimenta lapidea facta erant, inveni nihil nisi sanguinem. Ubi domum perveni, iacebat miles meus in lecto tamquam bos; a medico curabatur. Tum scivi militem esse versipellem! Neque postea potui aut cum illo panem esse aut illum amicum meum vocare.

### Ejercicio VIIj: Comprensión lectora

#### ORFEO Y EURÍDICE

Multae fabulae narrantur de Orpheo qui a Musis doctus erat cithara ludere. In pictura in triclinio Cornelii sita Orpheus ad inferos descendit. Cur? Descendit quod uxor eius Eurydice morte abrepta iam sub terra a Plutone tenebatur. Dolore oppressus Orpheus constituit Plutoni appropinquare et uxorem ab eo petere.

Ianua regni Plutonis a Cerbero, cane feroci qui tria habebat capita, custodiebatur. Orpheus, quod semper esuriebat Cerberus, frusta cibi ad eum coniecit et, dum cibus arripitur a Cerbero, in regnum intravit. Per umbras ibat Orpheus; uxorem diu et diligenter quaerebat. Tandem Pluto dolore eius commotus, “Licet tibi,” inquit, “uxorem tuam reducere, sed hac condicione: Eurydice exhibit ad lucem te sequens; tu vetaris eam respicere. Si tu respicis, ea retrahetur neque umquam iterum ad vivos remittetur.”

Mox Eurydice ex umbris ducebatur. Tum Orpheum sequens ad lucem lente ascendebat. Orpheus, quamquam uxorem videre valde desiderabat, ascendebat neque respexit. Iam ad lucem paene adveniebant cum Orpheus amore oppressus est. Respexit. Eurydice revocata ad Plutonem retracta est neque ad lucem umquam reddita est.

### 34 *La comissatio*

#### Grados del Adjetivo.

Plus vini est allatum, et omnibus convivis coronae florum datae sunt. Alii coronas rosarum, alii hederæ coronas induerunt. Gaius apio modo se coronavit, sed Titus et rosas et unguenta poposcit, nam in popina prope Forum multum vinum iam biberat.

Unus e convivis, cui nomen erat Messalla, clamavit, “Quis creabitur arbiter bibendi?” “Non tu certe, Messalla,” inquit alter. “Alii vinum sine aqua bibunt, sed tu aquam sine vino bibis.”

Cui Messalla, “Cur non Gaius ipse? Quis enim est prudentior quam Gaius? Ille enim aquam et vinum prudenter miscebit, neque sinet convivas nimis vini bibere.”

“Minime!” interpellat Titus magna voce. “Hinc modo creare arbitrum non licet. Fer talos! Non nisi talis recte creatur arbiter bibendi.”

Paulisper tacebant omnes. Tum Gaius, “Esto! Fer talos! Necessè est omnia recte facere.”

Statim igitur tali cum fritillo allati in mensa positi sunt. A Gaio primo iactati sunt tali. “Est senio!” ab omnibus clamatum est. Deinde unus e convivis talos misit. “Canis!” omnes cum risu clamaverunt. Identidem tali missi sunt, sed nemo Venerem iecit.

Tandem Titus talos arripit et in fritillo magna cum cura ponit. “Meum Herculem,” inquit, “invoco.” Tum fritillum vehementer movet. Omnes Titum attente spectant. Subito mittuntur tali.

“Est Venus!” exclamat Titus. “Vici! Vici! Hercules mihi favet! Nunc tempus est bibendi. Iubeo duas partes aquae et tres partes vini.” Primum tamen merum arripit et poculum suum complet. “Bene tibi, Gai!” clamat et poculum statim haurit. “Bene tibi, Messalla!” clamat et iterum poculum haurit. Subito collapsus est.

“Non bene tibi, Tite!” inquit Gaius. “Eheu! Nimis vini iam hausisti.” Servi Titum vino oppressum auferunt. Titus erat bibendi arbiter pessimus omnium.

#### Ejercicio 34i

Cenabis bene, mi Fabulle, apud me  
 paucis, si tibi di favent, diebus,  
 si tecum attuleris bonam atque magnam  
 cenam, non sine candida puella  
 et vino et sale et omnibus cachinnis.  
 Haec si, inquam, attuleris, venuste noster,  
 cenabis bene: nam tui Catulli  
 plenus sacculus est aranearum.  
 Sed contra accipies meros amores  
 seu quid suavius elegantius vest:  
 nam unguentum dabo, quod meae puellae  
 donarunt Veneres Cupidinesque,  
 quod tu cum olfacies, deos rogabis,  
 totum ut te faciant, Fabulle, nasum.

Catulo, 13.

### 35 Crimen

#### Comparaciones. Adverbios.

Postquam Aurelia cubitum iit, Cornelius adhuc in atrio manebat sollicitus. Eucleides enim mane ierat domum fratris qui in colle Quirinali habitabat. Iam media nox erat neque Eucleides domum redierat. Quid ei acciderat?

Tandem intravit Eucleides, sanguine aspersus. Cornelius, “Di immortales! Quid tibi accidit?” clamavit. Eucleides nihil respondit; ad terram ceciderat. Statim servi ad atrium vocati celerrime concurrerunt. Eucleides in lecto positus est et vulnera eius lauta atque ligata sunt. Diu iacebat immobilis. Tandem animum recuperavit et lente oculos aperuit. Postquam aliquid vini bibit, rem totam explicavit.

“Hodie mane, dum in urbem descendo, poetae cuidam occurri cui nomen est Marcus Valerius Martialis. Breviore itinere me duxit ad eam insulam in qua habitabat frater meus. Plurima de praedonibus huius urbis mihi narravit. Ego tamen vix ei credidi. Sed, ubi insulae iam appropinquabamus, homines quosdam in popinam intrantes conspeximus.

“Cave illos!” inquit Martialis. ‘Illi sunt praedones scelestissimi. Nocte solus per has vias ambulare non debes.”

“Totum diem apud fratrem meum mansi. Post cenam optimam domum redire constitui. Quamquam nox erat, nihil periculi timebam. Securus igitur per Suburam ambulabam cum subito e popina quadam se praecipitaverunt duo homines qui fustes tenebant. Timore affectus, celerius ambulabam. Facile tamen me consecuti sunt. Ab altero percussus sum, sed baculo me fortissime defendi. Tum a tergo ab altero correptus ad terram cecidi. Mihi est ademptum baculum, adempta pecunia. Abierunt illi ridentes. Diu pronus in luto iacebam. Tandem surrexi et summa difficultate domum redii.”

Cornelius, “Doleo quod vulnera gravia accepisti. Stultissimus tamen fuisti.”

Cui Eucleides, “Ita vero, domine! Sed iam prudentior sum. Non iterum nocte solus per vias urbis ambulabo.”

### 36 Una carta

#### Fechas. Quam.

Los romanos no iniciaban una carta con "Querido Fulano de tal". Ponen el nombre del remitente (en el caso nominativo) seguido del nombre del destinatario (en el caso dativo), y después de eso las letras S.D. (*salutem dicit*, envía saludos) o S.P.D. (*salutem plurimam dicit*, envía saludos más cariñosos). No había firma al final, sino simplemente la palabra *vale*.

Cornelia Flaviae S.D.

Hodie Nonis Novembribus illam epistulam accepi quam tu scripsisti Kalendis Novembribus. Eam iterum iterumque legi, quod te maxime desidero. Quam celeriter tua epistula huc advenit! Quinque modo diebus! Heri aliam epistulam Brundisii scriptam accepit pater meus. Haec epistula a Valerio pridie Idus Octobres scripta Romam post viginti dies advenit!

Valerius, ut scis, est adulescens pulcher et strenuus qui cum patre suo diu in Bithynia moratus est. Nunc in Italian Brundisium regressus est. Brundisio Idibus Novembribus proficiscetur et Romam a.d. III Kal. Dec. adveniet.

Quam libenter eum rursus videbo! Sane tamen multo libentius te videbo ubi tu Romam venies! Tum te libentissime nos omnes accipiemus!

In epistula tua multa rogabas de periculis urbanis. Abhinc tres dies in insula quadam

magnum incendium vidimus. Nihil miserabilius umquam vidi. Quamquam enim maior pars incolarum e periculo effugit, mater et duo liberi quos in tertio tabulato conspeximus effugere non poterant. Eheu! Hi miseri flammis oppressi sunt. Ubi de illa matre et liberis cogito, valde commoveor.

Heri vesperi Eucleides noster, ab urbe domum rediens, duos homines e popina quadam exeuntes vidit. Qui homines, ubi Eucleidem conspexerunt, statim eum secuti sunt. Eucleides effugere conatus est, sed frustra. Quo celerius currebat ille, eo celerius currebant homines. Facile eum consecuti sunt. O miserrimum Eucleidem! A praedonibus correptus ac fustibus percussus, gravissime vulneratus est. Vix quidem se domum traxit.

Sed de periculis satis! Hodie mater pulcherrimam mihi pallam emit, quae mihi valde placuit. Sed tristis sum quod lanam semper traho. Tristissima autem sum quod te non video. Fortasse tu Romam cum patre venies. Nonne tu patri hoc persuadebis? Te plurimum desidero. Scribe, sis, quam saepissime. Vale!

### 37 Antes de ir a la escuela

#### Verbos deponentes.

Mane in urbe fuit strepitus maximus; canes latrabant, servi per vias currebant, sed neque Marcus neque Sextus se movit. Adhu in lecto iacebat Sextus et secum cogitabat: “Quis est me miserior? Cotidie ante lucem mihi necesse est ad ludum proficisci. Sed ad ludum ire vereor. In ludo numquam laudor; semper castigor. Illos versus Vergilii memoria tenere non possum. Ille grammaticus me experitur, et cotidie eadem dicit: ‘Tu, Sexte, nihil scis quod semper loqueris,’ vel ‘Es puer pessimus,’ vel ‘Nisi diligentius laborabis, verberaberis.’ Itaque domi manere volo.”

Ita cogitabat Sextus cum Eucleides paedagogus in cubiculum ingressus est. “Surgite, pueri!” inquit. “Nolite diutius in lecto manere! Est enim tempus ad ludum proficisci, ubi Palaemon, grammaticus ille eruditissimus, vos laetus accipiet. Vos docebit plurima quae vobis erunt utilissima.”

Nihil responderunt pueri; inviti e lecto surrexerunt, vestes induerunt, e domo egressi sunt. Nondum lucebat, sed cum Eucleide in vias urbis profecti sunt. Lanternam eis praeferebat Eucleides.

Subito conspexit Marcus tabernam quaedam. “Ecce, Eucleides!” clamavit Marcus. “Videsne illam tabernam? Est pistrinum. Licetne nobis aliquid cibi emere?”

“Esto,” respondit Eucleides. “Non sero est. Etiam si nos aliquid cibi edemus, tamen ad tempus ad ludum perveniemus.”

Pueri igitur scriblitas emunt, Eucleides panem et paulum vini. Dum ientaculum devorant, Marcus et Sextus inter se loquuntur. Tandem iterum profecti mox ludo appropinquabant.

#### Ejercicio VIIIg: Comprensión lectora

### EL CABALLO DE TROYA

Graeci, qui iam decem annos Troiam obsidebant, domum regredi valde cupiebant. Mussabant igitur, “Quomodo Troiani vincentur? Consilium novum et melius capiemus. Equum ligneum aedificabimus quem extra muros urbis relinquemus. In eo ponentur fortissimi e militibus nostris. Deinde ad insulam vicinam ipsi proficiscemur et nos ibi celabimus. Fortasse equus in urbem a Troianis trahetur.”

Postquam Graeci abierunt, laetissimi ex urbe egressi sunt Troiani. Equum ligneum

spectant. “Quid est hoc?” rogant. “Cur equus tantus e ligno factus est? Cur Graeci hunc equum reliquerunt?”

Alii, “Cavete Graecos!” inquit. “Nolite eis credere.” Alii, “Gaudete!” inquit. “Equus, si intra muros ductus erit, urbem nostram custodiet et defendet.”

Itaque maximo gaudio equum intra muros trahere constituerunt. Nox erat. Troiani somno vinoque oppressi per totam urbem dormiebant. Ecce! De equo descenderunt Graeci. Interea ceteri ex insula regrediebantur et urbem quam celerrime petebant. Ei qui in equo celati erant portas Graecis aperuerunt. Magno cum strepitu irruperunt. Undique clamor et tumultus, undique incendia et caedes. Matres sollicitae cum liberis per vias currebant; flammae omnia debebant. Urbas tandem capta est.

### 38 Comienza la clase

Numerales.

Omnes pueri in ludum vix ingressi erant cum grammaticus ita coepit: “Abhinc tres menses primus liber Aeneidis a vobis lectus est. Quis e vobis de Aenea mihi narrare potest?”

Cui unus e discipulis respondit: “Urbs Troia a Graecis decem annos obsidebatur, sed tandem capta et incensa est. Effugit e minis illius urbis Aeneas, et una cum patre filioque suo et compluribus amicis ex Asia navigavit, nam terram petebat quae Hesperia vocata est. Postquam multa terra marique passus est, ad Sicilian vix venit. Atque ubi e Sicilia profectus est, maxima tempestat naves complures delevit. Aeneas ipse, ad Africam tempestate actus, cum septem modo navibus ad urbem quandam advenit ubi a regina Didone comiter acceptus ad convivium invitatus est.”

Tum grammaticus, “Res optime narrata est. Sed quid in convivio factum est?”

Cui alter discipulus, “Regina plurima rogabat de urbe Troia, de rebus Troianis, de periculis itineris. Tandem omnes convivae tacuerunt et Aeneas multa et mira narrare coepit.”

Hoc responsum grammatico maxime placuit; qui, “Nunc,” inquit, “nos ipsi audiemus ea quae ab Aenea narrata sunt. Nunc legemus aliquos versus e secundo libro Aeneidis. Age, Marce! Mihi recita illos versus!”

Marcus igitur ita recitare coepit:

Conticuere omnes intentique ora tenebant.

Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:

“Infandum, regina, iubes renovare dolorem.”

### 39 Una lección para Sexto

Complementos de lugar y de tiempo

Postquam Marcus finem recitandi fecit, grammaticus, “Illi versus bene recitati sunt. Nunc dic mihi hoc! Quot sunt verba in primo versu?” “Quinque.” “Sed quot in secundo versu?” “Octo.” “Quid de verbo *conticuere* mihi dicere potes?” “*Conticuere* est idem ac *conticuerunt*. Sic verbum saepe scribunt poetae.”

“Bene respondisti. Et tu, Aule, dic mihi hoc! Qui sunt ‘omnes’?” “Troiani una cum regina et comitibus.” “Ubi sunt hi omnes?” “In Africa.” “Quo in loco?” “Carthagini.” “Unde venit Aeneas?” “Troia.” “Quo itinere Troia navigavit?” “Primum ad Siciliam venit; deinde tempestate Carthaginem actus est.”

“Multa tamen de hac fabula omittis, nam Aeneas comitesque multos annos errabant

antequam ad Siciliam advenerunt. Primum ad Thraciam, deinde Delum, tum ad Cretam navigaverunt. Cur nusquam moratus est Aeneas, Marce? “Monitus a dis, Aeneas semper Hesperiam petebat. Volebat enim novam condere Troiam.”

Omnes discipuli grammaticum attente audiebant —praeter Sextum qui dormitabat. Quem ubi animadvertit grammaticus, “Sexte,” clamavit, “Expergiscere! Dic mihi! Ubi est Hesperia?”

“Hesperia? Nonne est Graecia?” “Minime, o puer abominande! Hesperia est Italia.” “Nil interest,” mussavit Sextus.

“At maxime interest,” respondit grammaticus, ira maxima commotus. Ferulam sumpsit et voce terribili, “Extende manum, Sexte!” clamavit. Ceteri discipuli conticuerunt. At Sextus grammatico non paruit. “Non extendam,” inquit. Stupuit grammaticus. Longum fuit silentium. Tandem, “Abi, puer!” clamat. “Voca Euclidem paedagogum! Ille te domum ducet. Satis procacitatis tuae passus sum. Te huc redire veto, nisi laborare voles. Nunc abi!”

Ceteri discipuli verbis grammatici territi erant. Numquam antea puer domum missus erat.

### Ejercicio 39f: Comprensión textual

Publius Vergilius Maro, maximus poetarum Romanorum, natus est Idibus Octobribus prope Mantuam, quae est oppidum Italiae septentrionalis. Puer Cremonam missus, ab optimis magistris ibi doctus, sexto decimo anno togam virilem sumpsit. Paulisper domi in patris fundo moratus, profectus est adulescens Mediolanum. Paucos annos et litteris et linguae Graecae diligentissime studebat. Mox tamen, quod pater post bellum e fundo suo expulsus erat, Vergilius Romam cum patre migravit. Dum Romae habitat, versus multis de rebus scripsit et mox praeclarus factus est poeta. In numero amicorum et poetam Horatium et principem Augustum ipsum habebat; sed (eheu!) saepe aegrotabat et semper infirma erat valetudine. Interum Neapoli in solitudine vivebat. Iam quinquaginta annos natus dum in Graecia iter facit, principi occurrit Athenis. Qui, ad Italiam rediens, Vergilium secum duxit. Athenis profecti ad Italiam navigaverunt. In terram egressus Brundisium, Vergilius aegerrimus fiebat et in eo oppido mortuus est. Corpus Neapolim latum ab amicis tristissimis est sepultum.

## 40 De Sexto a su padre

Semideponentes. Participios de presente.

Sextus patri suo S.P.D.

Ave, mi pater! Si tu vales, ego gaudeo. Sed nemo est me miserior. Mater mea Pompeiis mortua est. Tu me in Italia reliquisti, cum in Asiam profectus es. O me miserum!

Primo quidem Baiis habitare me delectabat. Ibi ad litus ire, in mai natare, scaphas spectare solebam. In silvis quoque cum Marco cotidie ambulabam; rude regressus, cum vilico Davo, qui me maxime amat, in horto laborabam.

Olim, dum prope rivum in silvis ambulamus, Corneliam et Flavianam magna voce clamantes audivimus. Statim accurrimus et lupum ingentem puellas petentem conspeximus. Tum Marcus, maximo terrore affectus, arborem ascendit neque desilire ausus est. Ego tamen magno ramo lupum reppuli et puellas seivavi solus.

At abhinc paucos menses nos omnes, Baiis profecti, maximo itinere Romam pervenimus. Dum autem Romae habito, me delectat ad Circum Maximum ire. Russatis ego faveo qui semper vincunt.

Nunc tamen miserrimus sum propter iracundiam Palaemonis magistri nostri. Ille enim homo iracundissimus me, quamquam discere semper cupio, saepe ferula ferociter verberat. Cotidie de Aeneae itineribus multa me rogat. Ei roganti respondere semper conor. Ceteros tamen pueros semper facillima, me semper difficillima rogat. Heri quidem de Hesperia loquebatur, de qua neque ego neque ceteri pueri quidquam sciunt. Immo vero, etiam Aeneas ipse ignorabat ubi esset Herperia! Grammaticus tamen, cum ego ignorarem, ira commotus, ferulam rapuit et me crudelissime verberavit. Deinde domum statim ab Eucleide ductus sum. Cum primum domum advenimus, a Cornelio arcessitus sum. Ei rem totam explicare conabar, sed me ne loqui quidem sivit. Iterum igitur poenas dedi.

O pater, regredere, obsecro, quam primum in Italiam! Ego sum miser et valde aegroto. Ama me et vale!